

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius

Nestor, Dionysius

[Venedig], 26. Juni 1488

R

[urn:nbn:de:bsz:31-299724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299724)

- quinq; diebus habent. Sanguine prima uacat: nec fas concurrere ferro.
Causa q; est illa nata Minerua die. Altera tresq; sup strata celebratur arena:
Ensis exertis bellica læta dea est. Et tam secūda q; tertia declinatione/plu
rali tantū numero substantiue declinatur/sicut & cætera noīa festorū/aucto
re Macrobio. Iuuenalis satyra. x. Incipit optare: & totis quinquatribus optat.
Cicero in eplis. Ita tumultuosæ cōciones/ita molestæ quinquatriis afferebāt.
Sylus Quadrupes & quadripedās/dici pōt. Sylus li. iiii. collisq; quadrupedantū
Virgilius pectoribus/toto uoluuntur corpora campo. Et Virgilius li. æneidos. xi. per
fractaq; quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt. Quadrupes
Quadrupes
dans
- Diomedes Adix/tam masculini q; foemini generis est/testibus Diome/ Radix
Donatus de & Donato in editione secunda: & in obliquis di syllabā p/
Ouidius r ducit. Ouidi. li. meta. xiiii. Moly uocat sup nigra radice tenet.
Caper Ræte neutro/ & rætis masculino/ & foeminino genere/declia Ræte
Probus ri pōt/testibus Capro/ & Probo: sed & hæc rætia/ teste Priscia Rætis
Priscianus no. Plautus in rudente. Non uides proferre me uuidū rætē sine squamoso Rætia
Plautus pecu? Idem iterū in rudente. Nam tūc & operā ludos facit/ & rætia/ ut tempe Rætiolum
Plautus itas est. A neutro/ sit rætiolū/ & raticulū: a foeminino/ raticula: a rætia/ rætia Ræticulū
Psalmogra culū: ut est apud Psalmographū. Cadent in rætiaculū eorū peccatores. Et (ut Ræticula
phus Apuleio placet) cū æ diphthōgo annotatur. Rætiaculū
Apuleius Rallum cū duplicato l/ nouacula dicitur. Ralla eadē scriptura/ genus est uestis/ Rallum
Marcellus a raritate dicta/ auctore Marcello. Ralla
Diomedes Rana format p diminutionē ranūculus/ testibus Diomede/ Donato/ Prisciano: Rana
Donatus uel secūdū Vgutionē ranula: uel (ut Gasparinus tradit) ranella. Ranūculus
Priscianus Ricinus cū i latino utrobq; & hoc riciniū/ declinari pōt/ Seruius. Ricinus/ ge/ Ranula
Vgutio nus est uestis muliebris. Varro de lingua latina. A reiiciendo riciniū dictū est. Ranella
Gasparinus Festus. Riciniū/ omne est uestimētū quadratū. Est etiā ricinus genus cucume Ricinus
Seruius ris: & genus uermis/ qui exitū non habet. Ricina/ insula quædam est. Ibernix Ricinium
Varro supiacens/ teste Ptolemæo. Rica cū i latino/ & c exili/ uestimentū est quadra Ricina
Festus tum/ fimbriatū/ purpureū: quo flamines pro palliolo utebātur/ teste Festo: & Rica
Ptolemæus a ritu dicta est/ auctore Varrone de lingua latina. Alii dicūt q; ex lana fiat suc Ricula
Festus cida alba: & cæruleo colore inficiatur. Et format diminutiue ricula.
Varro Regilla cū duplicato l/ foeminino genere declinatur/ teste Marcello: quā & re/ Regilla
Marcellus gillū neutro declinari posse tradit Vgutio. Genus est uestis. Regillū
Vgutio Rhegyum cū aspiratiōe post r/ & y græco/ a Tortellio scribi præcipitur. Cui/ Rhegyū
Tortellius tas est Calabria/ seu Brutiorū/ teste Lioio libro. iiii. de secūdo bello punico. Regyni
Liuus Est aut in eo loco/ quo Italia a Sicilia dirupta est. Vnde & a ρηγύω/ quod est Regiū
Festus dirumpo/ nomen assumpsit. Quare Festus dixit esse municipiū in freto Sicu Regiensis
Vgutio lo. Neq; a rege cognominatū est/ ut cū Catholico Vgutio sonauit. Et ab hoc Regia
Ptolemæus Rhegyo/ Rhegyni dicti sunt. Regiū absq; aspiratione post r/ & cū i latino/ Regia
Ptolemæus urbs est Gallix cisalpinæ/ a rege denominatū: a quo Regiensis uocati sūt. Regia
Serenus Regia/ urbs est Syriæ/ teste Ptolemæo. Sunt & eodē noīe uocatae duæ urbes mediterraneæ Ibernix Britanica/ ut idē Ptolemæus ostendit.
- Plinius Rhaphanus cū aspiratiōe post r/ foeminino genere/ & rhaphanū neutro/ declia Rhaphan
ri pōt. Serenus rhaphanus uel cocta iuuabit. Plinius li. xx. naturalis historix. Rhaphanū
Rhaphanū & siluestre diximus esse laudatissimū in Arcadia. Genus est radi/ Rhaphanū
cis: qd etiam masculino genere Serapion protulit.
- Serapion Rigeo riges secūda: & rigo rigas primæ cōiugationis/ utrūq; uerbū notā hēt Rigeo
Lucanus significationē: & utrobq; ri syllaba corripitur. Lucanus libro nono. Rigo
Ouidius Aphrica Cyrenis etiā tūc bruma rigebat. Ouidius libro metamor. quinto.
Boetius Dextera dirigit: nec citra mota/ nec ultra est. Boetius. Et ueris elegi fletibus
Lucanus Dextera dirigit: nec citra mota/ nec ultra est. Boetius. Et ueris elegi fletibus
Seruius ora rigant. Lucanus li. vi. Irrigat Amphryfos famulantis pascuaphoebi.
Persius Ramus/ & hoc ramale/ dici pōt/ teste Seruio sup quartū georgicorū. Persius. Ramus
Ouidius Ut ramale uetus. Ouidi. li. meta. viii. Multifidasq; faces/ ramaliaq; arida tecto. Ramale
Phocas Rastrum neutro genere/ & raster masculino/ teste Phoca/ declinari pōt. Vnde Rastrum
Seruius plurali numero rastros dicimus/ & rastra. Seruius. Rastra/ q; terram radant. Raster

	appellantur. Rastrū format diminutivē rastellū: raster at rastellus. Varro de	Rastellum
Varro	lingua latina. Quo abrasu rastelli dicti sunt.	Rastellus
	Rudio rudis quarta & rudo rudis tertia cōiugatione/declinari pōt. Sed rudio	Rudio
Ovidius	ru syllabā corripit: rudo uero/indifferentē habet. Ovidius li. metamor. viii.	Rudo
Virgilius	Hortaturq; sequi: dānosq; erudit artes. Virgilius li. aenei. vii. Vincla recusātū	
Perfius	& sera sub nocte rudētū. Perfius. Findor ut Archadiæ pecuaria rudes credas.	Ruder
	Ruder. & rudus/in recto genitivō ruderis declinatur: sicut pondus huius pon-	Rudus
Lucillius	deris. Lucillius satyrarū secūdo. Et iacendū huc aggerem/ & id genus rudus.	Raudus
Festus	Rudus/uel (ut scribit Festus) raudus/res rudis/ & imperfecta dicitur. Hōmo	Rudis
	quoq; imperitus/rudis appellatur. Hoc Raude/ uilla quædā est agri Medio-	Raude
Ptolemæus	lanensis in Insabria. Rauda/ urbs est in Hispania/ teste Ptolemæo. Rudus sce	Rauda
Seruius	minini generis/ ea uirga uocabatur/ qua donati gladiatores a gladiatura cessa	Rudis
Iuuenalis	bant/ teste Seruio. Iuuenalis satyra quinta. Accepta rude cœpisset Vegēto ui-	Rudens
Caper	deri. Rudens/ tam sceminini/ q̄ maculini generis est/ testibus Capro/ & Pro-	Ruda
Probus	bo. Restis est nautica. Catullus. Candidaq; intorti sustollant uela rudētes. Ru	Rudiæ
Catullus	da/ urbs est Drāgianæ prouinciæ/ teste Ptolemæo. Rudiæ pluralis tantū nu	
Ptolemæus	meri/ urbs est Sallentinorū/ teste Ptolemæo: de qua Sylius libro. xii. Miserūt	
Ptolemæus	Calabri: Rudiæ genere uetustæ.	
Sylius	Rapa sceminino/ & rapū neutro genere/ declinari pōt. Plinius li. xx. naturalis	Rapa
Plinius	historiæ. Siluestre rapū in aruis maxie nascitur fruticosū. Serenus. Crudaq;	Rapum
Serenus	dulcacido miscetis rapa liquore. Martialis. Hæc tibi brumali gaudentia fri-	Rapulū
Martialis	gore rapa. Quæ damus. Et format per diminutionē rapulū. Horatius sermo	Rapula
Horatius	ne. xvii. Captus (ut aiebat) cœnæ pater acria circum Rapula. Idē sermone. xii.	
Horatius	quom rapula plenus Atq; acidas maullt inulas. Vgutio format ēt a scemini	
Vgutio	no rapa diminutivē hæc rapula.	
	Rhodopis huius rhodopidis uel Rhodopoidos/ cū aspiratione post r scribit.	Rhodopis
Herodotus	Propriū fuit meretricis nom/ teste Herodoto li. historiæ. ii. quæ a Plinio/ &	Rhodope
Plinius	Strabone li. ultimo/ Rhodope uocatur. Alia eiusdem nois Rhodope/ fuit	
Strabo	Thracū regina. Rhodope item/ mons est Thraciæ/ teste Floro libro historia	
Florus	rum tertio/ a Rhodope regina ibi sepulta/ sic cognominata. Quæ montē So	
Solinus	linus dixit esse Mygdoniæ. Et utrunq; esse pōt: quia conterminæ regiones sunt.	
Virgilius	Et corripit do syllabā. Virgilius. Quaq; redit mediū Rhodope porrecta sub	
	axem/ illic clausa tenent stabulis armenta.	
Pōponius	Rhodos huius Rhodi cū aspiratione post r scribitur. Insula est Lyciæ/ teste Pō	Rhodos
Lucanus	ponio Mela li. ii. & eiusdē nominis urbs in ea: de qua Lucanus li. viii. clarq;	Rhoda
Ptolemæus	relinquit. Sole Rhodon. Rhoda/ urbs est Indigetū/ teste Ptolemæo. Rhodi	Rhodius
Homerus	us fluuius fuit Troianus/ teste Homero libro iliados. xii. Rhodia urbs est Ly	Rhodia
Ptolemæus	ciæ circa montē Massicite/ teste Ptolemæo. Rhodia itē/ Oceani/ & Tethyos fi	
Hesiodus	lia fuit/ teste Hesiodo in theogonia.	
	Rhien cum aspiratione post r/ & i latino/ apud Græcos scribitur: qui a nostris	Rhien
Varro	absq; aspiratione/ ren uocatur. Nam teste Varrone/ latinū est uocabulū/ a riuo	Ren
Festus	dictū. Antiqui rhienes appellabant nephundines/ ut auctor est Festus. Plau-	
Plautus	tus. Glaber erat tanq̄ rhien.	
Nonius	Raptor a raptu supino/ & rapinator a rapina/ in uno significato/ dici pōt/ teste	Raptor
Lucillius	Nonio. Lucillius li. ii. Homo impudicus/ & ipone est rapinator. Varro i Mar	Rapinator
Varro	co. In inuidiam ueniant in hoc ipso rapinatores.	
Virgilius	Rhenus cū aspiratione post r/ & hoc Rhenū/ declinari pōt. Virgilius li. aenei.	Rhenus
Horatius	viii. Extremiq; hominū Minori/ Rhenusq; bicornis. Horatius in arte poetica.	Rhenum
	Aut flumen Rhenū/ aut pluuus describitur arcus. Fluuius est Galliæ. Est &	Rheno
	eodem noie fluuius in Italia/ non longe a Bononiensi urbe fluens/ dicte Sy	Rhena
Sylius	lio libro. viii. paruiq; Bononia Rheni. Hic Rheno/ genus est uestis ex pelli-	
Salustius	bus/ auctoribus Salustio in historiis/ & Seruio super tertiu georgicorū/ græ	
Seruius	cum (ut puto) uocabulū. Nam p̄ipoo pellis interpretatur. Rhena/ insula quæ	
Ptolemæus	dam est iuxta Atticā/ non longe a Cycladibus/ teste Ptolemæo.	
	Ritus huius ritus/ & rites huius ritus/ declinari potest: sicut impetus/ & impes-	Ritus
Stattius	ut in ipsa dictione uidimus. Stattius libro thæbaidos. xi.	Rites

- Hei mihi primiciis ararum / & rite nefasto
- Pompeius** Libatus. Dicitur aut ritus / auctore Pompeo / mos uel cōsuetudo. Rite uero aduerbium / bene uel recte significat.
- Priscianus** Rus / habet plurali numero rura / & ruribus. Priscianus in peribegesi. Euro / Rus
pes / Asiae distungens ruribus arua. Inde fit ruro ruras uerbū / pro eo quod ē Ruro
Nonius rusticor / teste Nonio Plautus in captiuis. Dum rurant hoies. Sed & ruror de Ruror
Plautus ponens Varro protulit quom dixit. Dum in agro studiosius ruror / aspicio Rusticor
Varro Triptolemū sculponeatū / bigas sequi cornutas.
- Pompeius** Rumorum dixerūt antiqui / teste Pompeio: quod nunc rumino dicitur / & Rumor
Varro ruminor deponens. Varro in tanaquile. Non modo absens de te sapius co- Rumino
Nonius gitabit: sed etiā ruminabitur humanitatem: id est in memoriā reuocabit / inter Ruminor
Seruius prete Nonio. Proprie tū ruminare / teste Seruio / est remouere / & denuo con
Virgilius sumere. Virgilius in bucolicis. Illice sub nigra pallentes ruminat hærbas.
- Pōpeius** Rumen huius ruminis / ea colli pars est / qua æsca deuoratur / teste Pompeio. Rumen
Nonius Hæc ruma / apud ueteres mamma uocabatur / teste Nonio. Ruma
Probus Rubus / masculini generis arbuscula est: quæ tñ a Probo / sceminini generis tra Rubus
Serenus ditur: cuius fructus / sceminini etiam generis est / dicente Sereno. Manditur Rubetum
apta rubus gingiuis / & bona labris. Rubetū / locus ruborū est. Hæc rubeta Rubeta
Iuuenalis genus est ranæ uenenosum. Iuuenalis satyra prima. Porrectura uiro miscet Rubi
sitiente rubetā. Rubi / pluralis tantū numeri / oppidū est Italiae: de quo Hora Rubius
Horatius tius sermone quinto. Inde rubos fessi peruenimus / utpote longum Carpen- Ruber
Virgilius tes iter. Inde fit Rubius rubia rubiū. Virgilius. Nunc facilis Rubia cōtextur Rubeus
tur fiscina uirga. Ruber rubra rubrū / & rubeus / declinari pōt.
- Refuga** / cōis generis est: & is dicitur / qui aliorū dominium refugit. Refuga
Rogo / rogas uerbū / uaria compositione / diuersa detinet significata. Vnde uer- Rogo
sus. Si rogat addideris / congregat: e dati / inferi: De minuit: sub substituit:
pro protrahit: inter Quærit: præ superat: ab destruit: atq; superbit.
- Sylus** Rauenna / urbs est Italiae / padulosa / dicente Syllo libro octauo. Lenta paludosa Rauenna
profundunt stagna Rauennæ. Inde hic & hæc Rauennas / uel Rauénatis. Rauennas
Vnde in legenda sancti Leonis papæ legitur. Restituta est ecclesia Rauenna Rauénatis
tis sub ordinatione sedis apostolicæ.
- Marcellus** Rursus / & rursum / dici pōt: & significat iterū: & nōnunq̄ pro retro ponitur / te Rursus
Virgilius ste Marcello. Virgilius georgicorū tertio. Rursum cura patrū cadere: id est Rursum
Varro retro. Varro in adabatis. Mortales multi / rursus / ac prorsus meant: hoc ē retro.
- Priscianus** Reminiscor reminisceris / deponens est uerbū: sed & reminisco ueteres protule / Reminiscor
Probus runt / teste Prisciano. Et tam gō / q̄ ablatiuo / iungi pōt. Reminisco
Hierōymus Recordor recordaris / deponens est uerbū: quod tñ Probus tradit esse cōe. Recordor
Priscianus Vnde & passiuū / ptulit Hierōymus i Hezechiele cap. xviii. dicēs. Oēs iusticiæ Recordo
eius quas fecerat / non recordabūtur. Antiqui etiā recordo dixerūt / testibus
Marcellus Prisciano / & Marcello: qui & Claudiū Quadrigariū refert scripsisse: eū recor-
Claudius dauit. Et tam cū gō / q̄ cum ablatiuo / construi potest.
- Apulcius** Rhætorica huius rhætoricæ / cū aspiratione post r / & æ diphthongo (ut Apu- Rhætorica
leio placet / ea scilicet ratione / quā in dictione syncerus docebimus) / & r / & c ex Rhætorice
ilibus / & more græco rhætorice huius rhætorices / declinari pōt.
- Manilius** Respondeo respondes / secūda / & respondo respondis / tertia coniugatione de- Respondeo
clinari potest. Manilius libro quinto. Sic ēt magno quædā respōdere mūdo. Respondo
Solinus Rhinoceros huius rhinocerotis / cū aspiratione post r / & i latino / & c exili scribi Rhinoceros
Pausanias tur. Animal est / unicū in nare cornū habēs / & repandū / teste Solino. At uero Rhinoc
Isidorus Pausanias / duo habere cornua affirmat: alterū quidē insigni magnitudine / ron
ex naribus extans: alterū qđ supius erūpit exiguū / sed ualidissimū. Isidorus
autem libro etymologiarum. xii. declinat in recto hic rhinoceron genitiuo
rhinocerotis. Ponitur nonnunq̄ rhinoceros pro quodam uase / oleum gut-
Martialis tam fundente lauantibus se in balneis / ut est apud Marti / alem. Gestauit fron-
te modo me iuuenus: Verū rhinocerotā me putabis pleno gutto.
- Re** / si componitur cum uerbo in initio uocalem habente / uel aspiratum prin- Re
cipium / d littera ut plurimū interponitur: ut redeo / redanduo / quod idē

- significat: redābulo/reduno/redamo/redintegro/redimo/redoleo/redūdo/redigo/redarguo/redardeo. Ouidius de remedio. Flama redardeſcit/ quæ modo nulla fuit. Redhibeo/redhoſtio/gratias refero/ etiā d recipiūt. Interponitur etiā d in his uerbis/ indigeo/ indulgeo/ prodeco/ prodeſt/ pdigo/red/ do/redduco: eſt cum unico d reduco ſcribi poſſit: ut ſup regulā Reicio/re fert/ libro ultimo clariuſ edocebimus.
- Ouidius** Redigo/redarguo/redardeo. Ouidius de remedio. Flama redardeſcit/ quæ modo nulla fuit. Redhibeo/redhoſtio/gratias refero/ etiā d recipiūt. Interponitur etiā d in his uerbis/ indigeo/ indulgeo/ prodeco/ prodeſt/ pdigo/red/ do/redduco: eſt cum unico d reduco ſcribi poſſit: ut ſup regulā Reicio/re fert/ libro ultimo clariuſ edocebimus.
- Marcellus** Refragor refragaris/ deponēs eſt uerbū: quod antiqui etiā refrago protulerūt/ teſte Marcello. Vnde Siſenna libro historiārū. xxii. ait. Multi populi pluri/ Refrago
- Sifenna** mæ cōcionis/ dictaturam oībus animis/ & ſtudiis refragauere: id eſt dictaturæ ſuffragati ſunt. Refragari itē/ reſiſtere ſignificat.
- Plautus** Reddo reddis cū duplicato d/ facit in futuro indicatiui modi reddā/ & reddibo. Reddo Plautus in menæchinis. Saluū tibi ita ut mihi dedisti/ reddibo.
- Vgutio** Repages & repagulū/ in uno ſignificato dici pōt. Neq; a repando repādis deri Repages
- Pompeius** uatur/ ut ſōniauit Vgutio: ſed repago/ auctore Pompeio/ in hæc uerba dicē Repagulū
- Ouidius** te. Repagula ſunt/ quæ patefaciendī gratia/ ita figūtur/ ut econtrario oppa gantur. Hæc & repages dicūtur. Hæc ille. Obices ergo appellari poſſunt. Ouidius li. metar. v. Raptaq; de dextro robuſta repagula poſti Oſſibus illiſit.
- Tullius** Reuertor reuertēris deponēs eſt uerbū. Sed & reuerto neutrale uſurpatur. Tul lius libro officiorū ſecūdo. Factus eſt alter eius ſiſtendi uas/ ut ſi ille nō reuer Reuertor
- Horatius** Regno regnas datiuo iungitur: & nōnunq; genitiuo: ut eſt apud Horatiū in ter/ Reugio
- tio carminū. Et qua paup aquæ Daunus agreſtiū regnauit populorum/ pro agreſtibus populis.
- Probus** Rates per e ſcribi/ teſte Probo/ & efferri debet. Cōperitur tñ & ratis per i: & q Rates
- Stadius** dem frequentius/ q rates. Vnde Statius libro thæbaidos. xii. ait. deſcepit falſo Rates
- Lucanus** ratis Aegea uelo. Lucanus libro quinto. Erigit: atq; omni ſurgit ratis ardua
- Valerius** uento. Valerius Flaccus li. primo. Iam placidis ratis extat aquis: quā gurgite ab imo. Nam ſi rates dixiſſent/ uerſus ſtare non poſſet.
- Ouidius** Reditus pro reſreſſu/ cū unico d ſcribitur: & pro prouentu: cū in utroq; ſigni/ Reditus
- Ouidius** ficato primam ſyl/ abā corripiat. Ouidius heroidum. Vela queror reditu/ uer
- Ouidius** ba carere fide. Idē libro ſecūdo de ponto. At reditus iam quiſq; ſuos amat: & ſibi quid ſit Vtile/ ſollicitis ſupputat articulis. Idem libro de amore. Turpe tori reditu cenſus augere paternos. Dicitur aut pro prouentu reditus/ eo q
- Gasparinus** ſingulis annis redeat. Neq; a reddo reddis deſcendit/ ut Gasparinus tradit.
- Dioecdes** Rideo rides ſecunda/ & rido ridis tertia coniugatiōe declinari pōt/ teſte Dio Rideo
- Brutus** mede/ Brutū inducēte dicentē de patientia. Irridunt horū lachrymas. Rido
- Marcellus** Rixor rixaris deponēs eſt uerbū: quod & rixo ueteres protulere/ teſte Marcel Rixor
- Varro** lo: qui & Varronem reſert dixiſſe. Vigilant/ clamāt/ calent/ rixant. Rixo
- Priscianus** Ruo ruis facit in ſupino ruitū/ & rutū: cū quo compoſita omnia/ præter q diru tus/ ru ſyllabā corripit/ teſte Prisciano tractatu de participio circa ſinē/ nul la tamen ratione/ nullius hac in parte pœtæ auctoritate munito. Cui nos cō tradicētes/ ru ſyllabā/ ſicut in cæteris/ ſic & in hoc cōpoſito dirutus/ correptā eſſe/ auctoritatibus cōprobamus. Propertius. Caſtraq; peluſi R. omano ſur/ ruta ferro. Idem. Et phœbi/ & Priami diruta membra ſenis. Iuuenalis. Atq; uetus Thæbe centū iacet obruta portis. Idem. Utq; lacus ſuperant/ ubi q̄q; di ruta ſeruant Ignem Troianū. Virgilius libro æneidos. x. Intulerat torrens/ arbustaq; diruta ripis. Idem libro æneidos. xi. Nec mihi cū Teucris ullū poſt diruta bellū Meenia. Sylius libro primo. Surgebat cumulo certantū proru tus agger. Lucanus libro tertio. In mediū mors omnis abijt: perit obruta uir tus. Ouidius heroidū. Diruta ſunt aliis: uni mihi pergama reſtant. Ru o apud Noniū plura retinet ſignificata/ hoc nihilominus in loco explicanda. Ru eſt (inquit Noniū) cadere ſignificat. Virgilius li. æneidos. ii. ruit alto a culmine Troia. Ruere/ diuidere. Virgilius libro æneidos primo. ſpumas ſalis ære rue bant. Ruere/ decipi. Tullius libro officiorū quarto. Si hoc non eſt turpe pa ti ruere/ & per fallaciā/ uenditorē in maximā fraudem incurrere. Ruere/ effū di. Virgilius li. æneidos. vi. Vnde ruunt totidē uoces reſponſa Sibyllæ. Idem

Virgilius georgicorum tertio. ruit arduus æther. Ruere sine cautella irruere. Virgilius
 Virgilius li. æneidos. x. Quo moriture ruis maioraq; uiribus audes? Ruere/eruere/le
 uare. Virgilius libro æneidos. xi. cofusa ruebant Ossa focis. Idem libro ænei/
 dos secundo. totumq; ascendibus imis. Vna curusq; notusq; ruunt. Ruere/diru
 ere/complanare. Virgilius georgicorū primo.
 Quid dicam iacto qui semine cōminus arua Insequitur/cumulosq; ruit male
 pinguis arenæ? Terentius in adelphis. Cito ruerem/agerem/raperē. Ruere/
 Virgilius erigere/extollere. Virgilius libro æneidos secundo. & ruit atram
 Virgilius Ad cælum picea crassus caligine nubem. Idem in eodem.
 Vertitur intērea cælum: & ruit oceano nox.
 Pompeius Redeo redis/ & redino redinis/ i uno significato dici pōt auctore Pompeio. Redeo
 Priscianus Requies facit in genitiuo regei/ & regetis/ teste Prisciano. Virgilius li. ænei. iiii. Redinō
 Virgilius Tempus inane peto: requiem/ spaciumq; furori. Cicero in dialogo de sene/ Requies
 Cicero ctute. Ut meæ senectutis requietem/ oblectamenta q; noscatis.
 Pompeius Ructo ructas dicendum tradit Pompeius: non ructor deponens. Sed & ructor Ructo
 Horatius usurpatur. Vnde Horatius in ate poetica/ ait. Ructor
 Donatus Hic dum sublimes uersus ructatur/ & errat.
 Nonius Reperio reperis facit in futuro indicatiui modi/ reperiam/ & reperibo/ testibus Reperio
 Seruius Donato/ Nonio/ Seruio/ Probo. Cæcilius. Mæe morti remedium reperibit
 Probus nemo/ Plautus in epidico. Igitur aliqua res reperibitur.
 Cæcilius Ringo ringis/ & ringor deponens/ dici potest. Terentius in Phormione. Cum Ringō
 Plautus ille & cura/ & sumptu absimitur/ dum tibi sit quod placet/ ille ringitur/ tu ri/ Ringor
 Terētius des. Est autem ringere/ teste Seruio/ os extendere/ indignari/ irasci/ murmura Rictus
 Seruius re. Ab huius uerbi supino rictu/ fit hic rictus huius rictus/ & hoc rictum/ teste Rictum
 Acron Acrone super illud Horatii sermone. x. Ergo non satis est risu diducere rictū.
 Lucretius Vnde & Lucretius li. v. inquit. molosum Mollia ricta premunt duros nudan/ Rictus
 Ouidius tia dentes. Ouidius li. metamor. vi. Ipsaq; dilatant patulos conuitia rictus.

Nestoris Dionysii Nouariensis liber sextus foeliciter incipit.

Afconios Accus cum gemino c (nam græci σ & κ κ ω σ) format per diminu Saccus
 Vgutio s tionem sacculus/ & sacellus/ teste Afconio. neq; ab eo quod ē Sacculus
 Priscianus sagum descendit/ ut cum Catholico Vgutio somniauit. Sacel/ Saccellus
 Statius lum prima correpta syllaba/ locus sacer dicit per diminutionē. Saccellum
 Horatius Sagax tertiæ declinationis triū generū teste Prisciano: & saga Sagax
 Pompeius primæ hoc distant q; sagax p̄mā syllabā corripit. Saga produ/ Sagum
 Marcellus us in epistolis. Somnia terrores magicos/ miracula/ sagas/ scilicet rides. Saga/ Sagulum
 Martialis mulier dicitur perita sacrorum/ ut scribit pompeius. Saga item uocatur foemi Saga
 Iuuenalis na/ ad libidinē uirorum indagatrix/ teste Marcello. Et producit sa syllabam.
 Virgilius Martialis. Exorat noctes dum mihi saga tuas. Sagum/ uestimentū erat milita
 Iuuenalis re: cuius diminutiū est sagulū/ p̄ma correpta syllaba. Iuuenalis. An saga uan
 Arator Sagina/ aruina/ uel pingue/ foeminini generis/ mediam p̄ducit syllabā. Iuuenal/ Sagina
 Vgutio lis satyra. iiii. Ista dies properā stomachū laxare saginis. Arator. Saginum
 Calphurni) Nam quid corporeæ profunt alimenta saginæ? Quod Vgutio etiā saginū de Saginatus
 Thobias clinari neutro genere præcipit. Inde saginatus saginata saginatum: cuius qui/ Sagena
 Manilius turba bono plaudat saginata magistro. Melius hac in parte protulit Thobias/ Sagana
 Horatius quom ait. Ventre saginato ueneris suspirat ad usum. Sagena/ magna quædā ē Saganus
 Ptolemæus rætis piscatoria. Marcus Manilius li. quinto. Excipitur uasta circū uallata sage Sagana
 Priscianus na. Sagana/ propriū fuit meretricis nomen: cuius meminit Horatius sermone Saganus
 Donatus viii. dicēs. altum Saganæ caliēdrū. Sagāus/ fluius ē Carmāiæ/ teste Ptolemæo.
 Salustius Sal tam masculini/ q; neutri generis est/ teste Prisciano: & si Donatus super Eunu Sal
 Salustius chum Terentii dicat/ sal neutrale/ condimentū esse: salē uero masculini gene Sale
 ris/ sapientiā. Salustius. Neq; sale/ neq; alia gulæ iritamenta. Horatius. Sales
 P